Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

de lect. seruitio. de GR. de all'a. uel de R. In medium autem in prefata breuia
tione non personarum obseruat ordinem. sed potius temporis ac festiuitatis
qualitatem. Si quando talis inbreuiatio est agenda. non agitur in illa ta
bula cottidiana. sed in alia maiori et proprie ad festiuitates deputata.
Solet etiam apud nos et inbreuiatio non inutilis fieri. Nam quia armarius
alias adeo est occupatus. committit adiutori suo. ut qui seruierint in
coquina. omnes per ordinem scribat. ne forte per obliuionem quisquam frequentius quam
alius eo munere grauetur. Quamquam de septimana est quo ordine fratres ad noctur-
nale officium debeant notari. oportet etiam scire quot ad uesperas et
matutinas uel singulorum festorum responsoria debeant cantare. In albis quippe duo.
ipso ebdomadario altero in cappis tres. ebdomadario .iii. in precipuis uero festis
ad uesperas quidem priores .iiii. ad matutinas .ii. uel ad uesperas secundas tres.
ebdomadario inter .iiii. .iiii.to et inter tres uno. Qui singuli in singulis festis.
dicunt etiam Benedicamus. Qui tamen ante hora competenti ab armario
sunt prouidendi. et quid debeant canere premonendi. Hoc uero debet
esse in ipsius prouidentia. ut sicut ipsa festa per suę celebritatis differ-
excellentiam. ipse quoque fratres differenter in eisdem notet ad cantandum
et legendum pro cuiusque personę ętatis et scientię conuenientia. hoc non
solum in predictis festis. sed et in aliis .xii. uel obseruans. ut ad .iiii.tam lec
tionem puerilis ętatis notet fratrem. licet inferius habeat ordinem. et
ad .viii. seniorem in altiori loco stantem. Similiter non negligit obser
uare. ut quando duo uel tres aliqua responsoria simul cantant. uel unus eorum puer
tior sit ętate. quando uero .iiii.or uel plures. intermisceantur illis aliquot se
niores. Si in .ii. feria prime .xlmalis ebdomade .xii. uel euenerint. ipse pro
uidet. ut primo euangelii. deinde regule lectio in capitulo recitetur.
et ad finem utriusque Tu autem pronuntietur. Tunc etiam fiunt duo sermo
nes. antior de festo. sequens de .xlma. Siue autem in festiuo